NICOLAI CARRI
Nouocastrensis Angli, Græcæ linguæ in Academia Cantabrigiensi nuper professoris Regij,

De Scriptorum Britannicorũ paucitate, et studiorum impedimentis, *Oratio, nunc primùm ædita.*

¶ Eiusdem ferè argumenti, aliorum Centones aliquot adijciuntur.



LONDINI
Ex officina Tho. Marsh.
Anno. 1576.

Cicero lib. de claris *Oratoribus.*

CVrio eiusdem ætatis fuit, sanè illustris Orator, cuius de ingenio, ex Orationibus eius existimari potest. Sunt enim et aliæ, et pro Seruio Fuluio de incestu nobilis oratio. Nobis quidem pueris hæc omnium optima putabatur, quæ vix iam comparet in hac turba nouorũ voluminum. Præclare, inquit Brutus, teneo qui istã turbam voluminum effecerit. Et ego, inquam, intelligo Brute, quem dicas. Certè enim et boni aliquid attulimus iuuentuti, magnificentius quàm fuerat illud genus dicendi, et ornatius: et nocuimus fortasse, quod veteres orationes post nostras, non à me quidem (meis enim illas antepono) sed a plerisq; legi sunt desitę. Enumera, inquit, me in plerisq;: quanquã video mihi multa legenda iam te authore, quæ antea contemnebam.

In eodem lib.

Q. Catulus non antiquo illo more, sed hoc nostro (nisi quid fieri potest perfectiꝰ) eruditus, multæ literæ, summa non vitę solùm atq; naturæ, sed orationis etiam comitas, incorrupta quædã latini sermonis integritas: quæ perspici cum ex orationibꝰ eius potest, tum facillimè ex eo libro quem de consulatu et de rebus gestis suis conscriptũ, molli et Xenophonteio genere sermonis misit ad A. Furium poëtam, familiarem suum: qui liber nihilo notior est, quàm illi tres, de quibus ante dixiꝰ, Scauri libri. Tum Brutus, mihi quidem nec iste notus est, nec illi: sed hæc mea culpa est.. nunquam enim in manus inciderunt. Nunc autem et à te sumam, et conquiram ista posthac curiosiùs.

CLARISSIMO Viro, Thomæ Wilsono, LL. DOCTORI, S. REginæ Elizabethæ á supplicum *libellis, et Hospity Katheri*nensis iuxta turrim Londinensem Præfecto, Tho. Hatcherus Cantabrigiensis S. D. P.



N TANTA scriptorũ multitudine et varietate, quorum Anglia ab heroicis vsq; tẽporib⁹ sẽper fuit, et est feracissima: inanis fortasse de Scriptorum Britannicorũ paucitate videbitur Oratio. At verò, si vt quisq; ingenio et vsu maximè pollet, ita res ipsas Lesbia (vt aiunt) regula examinare velit: nec frustra olim in celeberrima Academia habitam, nec inutiliter hodiè omnium conspectui propositam hanc Orationem sentiet. Siue enim nostrorum hominum literis deditorum, lautitia et nouitatis studium, siue Typographorum imperitia et sordes, siue exterorum impudentia et contemptus, siue Mercatorum auaritia et negligentia, siue hæc omnia, siue singula ponderentur,

Cicero lib. de claris *Oratoribus.*

CVrio eiusdem ætatis fuit, sanè illustris Orator, cuius de ingenio, ex Orationibus eius existimari potest. Sunt enim et aliæ, et pro Seruio Fuluio de incestu nobilis oratio. Nobis quidem pueris hæc omnium optima putabatur, quæ vix iam comparet in hac turba nouorũ voluminum. Præclare, inquit Brutus, teneo qui istã turbam voluminum effecerit. Et ego, inquam, intelligo Brute, quem dicas. Certè enim et boni aliquid attulimus iuuentuti, magnificentius quàm fuerat illud genus dicendi, et ornatius: et nocuimus fortasse, quod veteres orationes post nostras, non à me quidem (meis enim illas antepono) sed a plerisq; legi sunt desitę. Enumera, inquit, me in plerisq;: quanquã video mihi multa legenda iam te authore, quæ antea contemnebam.

In eodem lib.

Q. Catulus non antiquo illo more, sed hoc nostro (nisi quid fieri potest perfectiꝰ) eruditus, multæ literæ, summa non vitę solùm atq; naturæ, sed orationis etiam comitas, incorrupta quædã latini sermonis integritas: quæ perspici cum ex orationibꝰ eius potest, tum facillimè ex eo libro quem de consulatu et de rebus gestis suis conscriptũ, molli et Xenophonteio genere sermonis misit ad A. Furium poëtam, familiarem suum: qui liber nihilo notior est, quàm illi tres, de quibus ante dixiꝰ, Scauri libri. Tum Brutus, mihi quidem nec iste notus est nec illi: sed hæc mea culpa est.. nunquam enim in manus inciderunt. Nunc autem et à te sumam, et conquiram ista posthac curiosiùs.

CLARISSIMO Viro, Thomæ Wilſono, LL. DOCTORI, S. REginæ Elizabethæ á ſupplicum *libellis, et Hoſpity Katheri-* nenſis iuxta turrim Londinenſem Præfecto, Tho. Hatcherus Cantabrigienſis S. D. P.



N TANTA ſcriptorū multitudine et varietate, quorum Anglia ab heroicis vſq; tēporib⁹ ſēper fuit, et eſt feraciſſima: inanis fortaſſe de Scriptorum Britannicorū paucitate videbitur Oratio. At verò, ſi vt quiſq; ingenio et vſu maximè pollet, ita res ipſas Leſbia (vt aiunt) regula examinare velit: nec fruſtra olim in celeberrima Academia habitam, nec inutiliter hodiè omnium conſpectui propoſitam hanc Orationem ſentiet. Siue enim noſtrorum hominum literis deditorum, lautitia et nouitatis ſtudium, ſiue Typographorum imperitia et ſordes, ſiue exterorum impudentia et contemptus, ſiue Mercatorum auaritia et negligentia, ſiue hæc omnia, ſiue ſingula pon-

derētur: impedimenta ſtatim occurrent et difficultates, quibus in infinita penè optimorum ſcriptorum copia, noſtrorum tamen ſcripta pauciora eſſe videantur.

Non erit neceſſe (clariſſime vir) particulatim iſtas, quas verbo attigi difficultates, pluribus iſto tempore excutere. Etenim D. Nicolaus Carrus, frater bonæ memoriæ meus, eloquentiæ viribus ſi non expugnauit, at faſtidium Anglicum neruoſè oppugnauit: D. Laur. Humfredus nunquā probauit: D. Io. Caius, Angliæ, dum vixit, vel Conrado Geſnero, homine extero atteſtante, ornamentum, vehementer improbauit. Quin et de Typographorum imperitia cum Rich. Vernamo, de ſordibus cum Ed. Granta, ſæpiſſimè apud me per literas, quas propter noſtram familiaritatem ſuauiſſimas, propter illius multiplicem eruditionem varias et doctiſſimas dedit, conqueſtus eſt. Exterorum impudentiam, cùm ipſe etiam Carrus ſuis coloribus pulchrè depinxit, tùm mercatorum quæſtus ſanè quotidianus clarè oſtendit. Nam vt Anglorum libri Anglicè ſcripti intra orbem Anglicum perpetuò deliteſcant: cur non Latinè à noſtris æditi, Mercatorum opera et ſumptu

et sumptu perinde Oceanum transuolaret, atq; Exterorum, penè dixeram, ineptiæ et nugæ importarentur? Ea res (nisi ego malè iudico) numerum scriptorum nostrorum mirificè augeret, Typographorum studia et diligentias excitaret, Exterorum de nobis iuditium planè et plenè refelleret. An non enim protritũ illud, et quasi in circulis decantatum apud illos est, Angliam effœtã, barbaram, omnisq; humanitatis expertem euasisse? *Quod sane exterorum de nobis iuditium etsi ridiculum sit vel monstrosum potius (vt in Epistola ad Iacob. Middendorpium diximus) nec prius tamẽ, nec vllo scripto quantumuis Carræo cõmodiùs extirpabitur: quam omnibus indicta sit mulcta Mercatoribus, ne exterorum ad nos lucubrationes audeant inuehere, prostareq; palàm et publicè: nisi certus numerus nostrorum librorum Londini aut alibi in Anglia publicatorum, per eos quotannis in transmarinas partes transportetur.*

Nihil equidem vereor, quin grata futura sit omnibus, hæc D. Carri siue Oratio, siue querela: nec ingratam esse velim eam quam excogitaui medelam ijs, quibus propter prudentiam multa, et propter authori-

tatem

tatem omnia soleo tribuere. Nihil praescribo, nihil statuo, nihil quaero amplius, quam vt nostrorum ingenia pueriliter non irrideantur, nostrorum scripta non putentur fuisse, et fore penè nulla.

Te verò vnū (ornatissime VVilsone) inter multos selegi, cui separatim istud scriptum inter chartas nuper repertum, à me perpolitum, pleneq́ iam absolutum, commendarem. Nam et Carrae eloquentiae, ipse eloquētiae laudibus abundans, fauisti maximè: et me humanitate tua summè semper tibi deuīxisti: et vlceribus etiam Chironijs, siue Telephijs mederi potes, propter gratiā apud Principem, propter authoritatem in Rep. propter amorem in literas et literatos, optimè. Vale. Ex praediolo Carbiano 4. Nonas Septemb. An. 1576.

DE SCRIPTORUM Britannicorum PAVCITATE, ET STVDIORUM IMPEDIMENTIS, *Oratio*.



ETSI dolendum est, optimi Auditores, tam diu solitudinem in isto loco fuisse, et caruisse has sedes publica voce, quæ ad publica cõmoda constitutæ videãtur: tamen redijsse aliquando vsitatum nitorem, et pristina compleri frequentia lætandum est. Illam nobis attulit superioris temporis calamitas, hanc, cum nostra studia, tum tẽporis conuersio. Perterrefacta enim hęc Schola repentino vulnere, ac subito dissipata terrore, nunc omni depulso metu colligere se, ac sua oblectari frequentia videtur: et tanquam perfuncta durissima conditione in antiquas sedes reuocaretur suas, sic gestire mihi et circumspicere videtur, ac interruptam cõsuetudinem publici laboris suis laboribus restituere. Qui non illi quidem penitus

nitus intermiſſi ſunt: ſed temporis vi his excluſi ſedibus, priuatis ſe parietibus continuerunt. E quibus concluſi ſcilicet in eas crudelitate temporis, iterum lenitate temporis emerſerunt.

Quocirca qua ratione temporis occluſæ ad publica ſtudia viæ minime patebāt: eâdem effectum eſt, omnes vt nobis aditus aperiantur: Idēque tempus et dolorem attulit deſerti ac relicti ſtudij, et hodierno die eiuſdem lætitiā reuocati. Vt prudenter à maioribꝰ natu factū videatur, qui perſpecta difficultate tēporis, et pertentato periculo, remouendā iuuentutem putabat à ſchola, et in aliquam ſolitudinem mittendam. Quod niſi factum fuiſſet, et niſi tēporis vim cedēdo potius, quam reſiſtendo viciſſemus: non tantus nobis inuſtus fuiſſet dolor publici ſilentij, quàm fortaſſe publicæ calamitatis, qua in ſimili ratione temporis et morbi, multi optimi et doctiſſimi homines conſumpti ſunt. Sed quoniam nunc recreati ſumus depulſa peſte, et nos ſtudijs, ac ſtudia nobis reſtituta ſunt, ſic eis fruamur, vt nō ſolùm ab omnibus appetita, verùm etiam de-

fenſa

ſenſa omniū conſenſu et ornata videantur. Nam quæ erit vtilitas depulſi periculi, conſtitutæ tranquillitatis, niſi idem in omnibus et tuendorum et retinendorum ſtudiorum animus fuerit. Permulti ſuis magis mediocribus, quam aliorum excellentibus ingenijs delectati, ad diſcendum faſtidioſi, ad reprehendendum parati ſunt. Pauci qui magiſtrorū operas diſcipuli, vix reperiuntur, qui diſcipulorum aſſiduitate delectantur magiſtri. Ita in vtraque parte lautitia naſcitur et deſpicientia ſtudiorum, cum diſcipulis doctores, et viciſſim diſcentes magiſtris minimé chari vel potiús odioſi ſunt. Sed ſit hoc in noſtra conſuetudine ſitum, ſit penitus in moribus ac mentibus noſtris defixum: aut omnes omnium fauere ſtudijs debere: aut cum omnium ab omnibus deſerantur ſtudia, interitura omnium in omnibus ſtudia eſſe. Habet hæc vita noſtra permulta optimarum rerum inuitamenta, habet quandam dulcedinem è ſcientia natam, habet naturalem vim, qua ad diſcendum impellitur, habet

habet perceptarum rerum gloriam, habet etiam optimè in studijs actę ætatis, dulcem et suauē conscientiam. Sed nullum telum acrius est ad cōmouenda studia, et retinendos animorū ardores, quā intelligi fauere magistris discipulos, et qui docent, eorum qui addiscūt cōmodis et vtilitati seruire. Nam magistrorū assiduitates discentium studijs excitantur, et horum diligentiæ è nutu pręceptorum, et illorum erga ipsos suauitate pendêre videntur. Nec vllus vtriq; generi reperiri acrior stimul⁹ potest ad incitandum, quā si in vtroque par studiū vtriusq; tuendi et ornandi cernatur. Itaq; vt in Rebuspub. quæ fœlices et beatæ putātur, sunt leges, sunt iura, quibus sūmi cum infimis, cum vtrisq; medij coniunguntur: sic perpetua doctorum et discētium charitas, publica vellem lege sanciretur, vt cōmuni voluntate, communi voce, communibus studijs, singulorū inter se, et omnium inter omnes essent chara studia. Cuius voluntatis et iudicij, si vel nunc reuocata iuuentute, vel paulò post conuinci possem, optandum quiddam me putarem

rem

rem esse consecutum. Sin verò (quòd omen Deus auertat) nullum hæc inueterata consuetudo despicientiæ finem habebit, verendum est, ne cum à lautis discipulis ingeniosi fastidiantur magistri, non diu fructum suæ laturi lautitiæ sint. Quo quidem in loco si quis est qui cupidiùs hoc à me dictum arbitretur: is si rationem consilij, et instituti mei cognouerit, ab hac opinione desistet. Mihi quidem et non minima adhuc visa est illa frequentia, qua vsus sum, et spero fore mea diligentia, maior vt in hac schola celebritas sit. Sed ista quam vsurpo, publica multorum vox est, qui cōqueruntur in summis laboribus deseri se ac relinqui, nec magnas vigilias suas leui adolescentum opera compensari. Quodsi vt hi in discendo fastidiosi, sic illi essent in docendo negligentes, etsi vtrunq; genus in vitio esset: tamen daretur venia adolescētibus, cum negligētium præceptorum voces negligenter et oscitanter attenderunt. Sed vtinam, vt qui se profitentur adolescentes docere, in eo quod sibi sumunt munere diligentes sunt: sic qui ad audiendū cōcurrerent, vtilitatis auidi, quam no-

uitatis esse mallent. Certè nec magistrorum operæ amitterentur, nec discentium studia retardarentur. Maiora profectò studia, vberiores artes, et scriptorum etiam excellentiū maiorem copiam haberemus. Quæ cuncta, non illorum, qui præclarè facere possunt, inertia, sed eorum qui illa tueri debent suis studijs minimè ferēda lautitia reprimuntur. Nam per Deos, quis est in cæteris artibus, qui quod in sua arte excel lat coram proponere et spectari velit, si vel contemni ab aliis, vel fastidiosè aspici arbitretur? Quis pictor egregius in summa facultate et scientia, vel dicam mediocre opus a multis cōsiderari vult, si aut leui satietate eos, aut stulta opinione alienatos putet? Abijciendas tibias tibicen putat, nisi his commouerit eos, qui audiunt: et Orator in foro, nisi se dat populus, loqui non potest: qui fidibus canunt, si se cum fastidio audiri animaduertunt, voci et labori parcunt. In ebriosorū cœtu, Philosophiæ vox nō exauditur. Barbaros si quis Geometriā doceat multorum irrisione luditur. Sic omnib' in studijs et artibus, qui cæteros docere conātur, nisi ad ipsorū volūtates

vicissim

vicissim eorũ, qui audiunt diligẽtiæ referantur, frustra consumi operam et stultũ in eis erudiẽdis studiũ esse suum arbitrantur. Quocirca quoniam hic locus incidit, vel vt veriús dicam, sumpt⁹ est á me, præcidendæ inertiæ et huius corrigendi erroris: quæso à vobis ne me ad insolitum dicendi genus labi putetis, si paulò acrius nostrorum hominũ fastidium reprehendam. Hæret enim hæc macula non solùm in nostris, qui hic sumus: sed etiam in omnium Britannorum moribus: eaque iuncta multorum annorũ vitiosissima consuetudine, cùm eis ipsis, qui apud nos præstabant, inertiam attulit, tùm nostram nõ inscitiam, sed timiditatẽ ab aliorũ conuitio impositam, externis hominibus præbuit ad gloriã. Nulla enĩ causa potest afferri, cur ipsorũ literæ præclaræ iudicẽtur, nostrę contẽnẽdæ: nisi quòd ipsos admiramur, nostros fastidimus. Nam illud dici non potest, nõ et esse apud nos, et fuisse, qui si se ad scribendum dedissent, non ornatissimè et prudentissimé facere potuissent. Sed illorũ scripta nulla sunt, propterea quòd à suis vel negligerentur, vel non

 amaren-

amarentur: Externorum voluminibus omnes Bibliothecæ, omnium manus refertæ ſunt. Ita admiratio peregrinorum ipſorum etiam volumina et ſcripta mirabiliora effecit. Quare vt diſcamus noſtros homines ornare, et noſtrorum ingenia ſcriptorum cum illis conferre, incipiamus aliquãdo eadem admirari: vel ſi maius eſt, quàm vt in domeſticos collocetur, ſitq́ totum in alienos tranſfundendum: tamen amemus certè, et ſpeciem quandã præ nobis feramus pietatis et ſtudij. Nam per Deos, cum ſuauiſſima ſolẽt eſſe ea, quæ ad naturam cuiuſq; proximè accedunt, et maiores ſunt viciniarum et familiarũ charitates, quàm diſſipatæ in multas vrbes variorum hominum gentes: cur non arctiore coniunctione in pari præſertim cauſa noſtri homines inter ſe iungerentur, quã ijdem cum externis? An qui congreſſus peregrinorum, quiq́ue illorum cõſuetudinem et neceſſitudinem auidiùs appetunt, iure reprehẽdi ſolent: Si quis noſtrorum hominum contemptis ingenijs, illorum moribus et ſtudijs delectetur, non reprehẽdatur? Et probetur ſcilicet

licet

licet hæc noua lautitia, qua doctissimi nostri respuuntur, leuissimi peregrini assumuntur? Nam sint illi quidem quãuis in omni genere excellentes, tamen cum non minora nobis domi ornamenta suppeditantur, quã quę ab illis afferri possunt, cur nostra contẽnimus, illorum vocibus aures damus? Non vereor ne hoc à me insolẽtiùs dictum videatur. Neminẽ cognoui paulò in his rebus loquaciorem, quin leuissimum opus, etiã inscitè scriptum, modò peregrinũ sit, non multis nostrorum hominum, summorum in omni genere magistrorum, accuratissimis lucubrationibus anteponat. Quod mehercule vitium etsi nouitatis studio alitur: tamẽ nescio quo modo in Britannorum ingenijs, siue natura, siue consuetudine insitũ est, vt qui se doctos existimari velint, hanc se opinionem adepturos arbitrentur, si sũmis prędi tos ingenijs contemnant: quibus verò natura magnum instrumentũ ad discendũ dedit, labor et diligentia idẽ varijs artib⁹ exornârit, aut timidi sint in suscipiendo, aut verecundi in persequẽdo: Ita omnium de se iudicia reformi-
 dant

dant. Atque hæc ſiue verecundia ſiue timiditas, etſi ſummorum hominum ſēſus maximè attingit, (quod ſua ſpōte prudentia cauta et timida ſit) tamen creſcit illa quidem aliorum faſtidio excitata. Faſtidimus enim, quæ domi naſcuntur externa, etiam minus ſalubria, appetimus. Herbæ mehercule et ciborum genera, ſi quotidiana non ſint, et eorum difficilis ac longinqua vectura, menſis noſtris aſciſcimus: eaque nobis etiam ſi propè peſtifera ſint, in delicijs habentur. Nec palata ſolùm noſtra peregrinantur, verum aures etiam, et oculi, et mentes. Noſtrorum hominū pictura politiſſimè perfecta, quia apud nos nata eſt, minoris eſſe putatur artificij. Aedificiorum amplitudo et dignitas domeſticorum, ab illo horrore et triſtitia externorum vinci putatur. Cantus et Symphoniæ repudiantur domeſticæ, accerſuntur peregrini. Nihil vel tam diſertè, vel tam prudenter ſcriptū, noſtros delicatos et externa ſuauitate captos, delectare poteſt. Quam ego cauſam eſſe veriſſimam arbitror, cur plures in omni genere excellentes eſſe apud

apud eos, quàm apud nos putentur. Est enim hæc opinio, non tam ex nostrorũ inscitia, quã ex illorum impudentia nata, vt qui aliquid scribãt, in doctis numerentur: qui fructu literarum domestico contenti, nihil amplius quærunt, hos omnis doctrinę ignaros ac rudes arbitrentur. Ex quo fit, vt tantis se voluminibus inculcent in nostras aures, et tam latè in libris dispergant ingenia. Qua certè assiduitate id adepti sunt, vt si minus singularẽ de se famã cõficiãt: tamen afferãt opinionẽ, nõ esse eos nihil, cũ vel audent esse aliquid. De sũmis nõ loquor, quorũ apud eos magna frequẽtia. Sed de illis loquor, qui se antè ad scribendũ dant, quám de aliorũ scriptis rectè iudicare possit. Etsi ne horũ quidẽ apud illos vnq̃ reprehensa industria est. Nobis scribendi timiditatẽ affert aliorũ fastidium, et puerilis lautitia, quæ nisi peregrino pabulo saginari non potest. Quod si in discẽdo literarũ cupidi, in legẽdo docti nostrorũ hominũ volumina vel non fastidiosè attingerent, vel non impudenter respuerent, affluerémus summorũ scriptorũ magna copia.

Atq;

Atque hęc propterea tam multis disputo, vt hoc vitium nimis peruulgatum, et penitus defixum in nostris morib', vel reprimatur, vel omnino tollatur. Quam quidem ad rem etsi hæc vox caret illa authoritate, quę in magnis caussis plurimum valere solet: nunquam illa quidem conticescet, nec verebitur ꝙ ad omnes vos cõmunis causa transfundit, id vnà vobiscum verbis et vociferatione persequi. Ergo mihi credite, sim' omnes omnibus dediti, nec cuiusquam in alterius studia reprehensio incurrat. Eximamus nos aliquando ex illis exterorum sermonibus, quibus neminem Britannorum aut ingenio, aut scribendi vsu valere prædicant. Quod mehercule nõ prius accidet, ꝗ sublata hac lautitia, qua optima scripta fastidimus, ad nostros tuendos et probandos vniuersi accurremus. Sũmũ apud eos studiũ fouendorum ingeniorum: apud nos tantum, quantum apud homines iam saturatos esse potest. Tenuit hęc Schola aliquando claros viros, quos aliorum admiratio propter eam, qua præstabãt, dicendi facultatem, magno in honore collocauit.

cauit. Qui pòst penitus excussi, et quotidie in nostris auribus insidentes, etsi fuit in eis tanta vis omnium doctrinarum, nihil vt fieri possit mirabilius; tamen assiduis illorũ vocibus assuefacti, omnẽ illã prçclaram admirationẽ sensim amittebamus. Sic'q; factum est, vt quorum magnitudo ingeniorum prima nos specie commouerat, eorũ industriæ primis temporibus à cunctis appetitæ, pòst si nõ contemni, at deseri tamẽ cœptæ sunt. Testis est hæc Schola, in qua ipsorum viuæ voces claruerunt, quas multorum aures subito natas obseruauerant, easdem inueteratas ac frequentatas deseruerant. Est enim vix credibile, qua frequentia, quo cõcursu illorũ quotidianæ operæ celebrabantur. Nemo vllius literaturæ paulò auidior, nemo amans studiorum, nemo fautor sũmorum ingeniorũ, quin officij arbitraretur sui, eos viros sua præsentia ornare, qui omnium consensu sũma erant nostræ Reip. ornamenta. Nemo adolescẽs, qui flagrabat discendi cupiditate, non gaudebat natos sibi illos præceptores, à quibus quæcũq; vellent petere possent.

Omnium

Omnium nostrorum hominum cuiuscunq; ætatis, generis, ordinis, vehemẽs studium, acer impetus, assiduus primo tempore concursus fuit. Sed post domestico et innato fastidio alienati, à se oriri, et per se niti, ab illis optimè instituti et informari noluerunt. Et tamen qui viri, Dij boni, qua scientia, quibus ingenijs, qua facultate præditi, mihi vt ad nostra studia, ad nostras vtilitates cõsultò donati viderentur. Quorum cũ aderant, diligentias, vnius in Græcis literis, in iure ciuili alterius, non modò propter fastidium multi respuebant, verum etiam nunc illorum laudes absẽtium, ab alijs prædicari molestè ferunt. Memini me hoc ipso ex loco, cum multa cohortandæ iuuẽtutis causa præceptori meo clarissimo viro tribuissem, eiusque virtutem, qui tam diu nostris oculis habitauisset, et incredibilẽ ingenij vim plurimis locis et temporibus cognitã non tam accuratè quam optabam, sed tam piè, quam volebam, ornauissem: exortos fuisse nõnullos qui meum in illa re nimium, vt illi prædicabant, studium reprehendebant. Qui fortasse idcirco inuiderũt ingenio laudatoris

datoris, quod facile ornabat illum locum, quem prehenderat. In quo fouebant suspicionem, inuidere se hominis laudi, cum in eum, á quo sit laudatus, suorum cõuitiorum aculeos conuertãt. Ijdem etiam dictitant tactos esse vel potius læsos á me nõnullos, quorum pręspostera studia, et vitiosa ingenia vituperâram. Qui si sumunt illi quidẽ sibi, quod etiamsi de illis dicta non sint, tamen ab illorum moribus non abhorrent, vtrum illi reprehendendi qui minimé destinatã sibi securim ad suas ceruices rapiunt: an ego castigandus, qui commune multorum vitium sine maleuolentia precidere cupiebam? Nam per Deos, quæ vnquam à me vox missa fuit contumeliæ potius, quam doloris? Quid sum autem questus in illo loco, nisi cum aut inertiam tolli, aut vitiosũ discendi morem corrigi vellem? Atque mehercule hui⁹ rei culpa omnes studijs deditos cõmouebat, et nunc etiã commouet: Sed eius emẽdandæ rationẽ ego præ me tuli apertiùs. Non quod non essent alij maiori et iuditio et authoritate: Sed quod mihi necessitas quædam de illis dicendi imponebatur.

Illos

Illos non tam ipsorum voluntas, quam non data occasio et dicendi tempus tacere coegerat. Ex quo fiebat, vt cõmunis ille sensus in alijs lateret, neque tamen minus angerentur: ego quod cum cæteris animo sentiebam, id magis quã cęteri et vultu promptũ habebam et lingua. Iam verò illius diuini hominis laudes si quos offenderant, magis est, vt is lætetur se virtute inuidiam superauisse, quàm vt ego angar mihi meum officiũ vituperationi fuisse. Siquidẽ præstanti semper virtuti inuidetur, et grati animi non desinunt incurrere in suspicionem vel nimiæ obseruantiæ, vel fucatæ amicitiæ. Sed nũc minus curo, si cum in eo talia ornamenta sint et mihi iustissimæ oblatæ causæ sint illius laudis persequendæ, nimiæ pietatis, summique in illum amoris, istorũ maleuolorum sermonib⁹ poenas dem. Nec vereor cũ omnia, quę vel cohortãdi, vel reprehendendi causa dixerim, ab optimo animo profecta sint, ne non possim criminosas illorum querelas sustinere. Sed nunc illuc redeo, à quo digressus sum. In quo primum cupio, deinde postulo, vt ratio

retinen-

retinendorum ſtudiorum præſtan-
tiſſima iudicetur ea, qua præceptorum
laboribus ij qui diſcunt oblectan-
tur, et ſe ad diſcentium ingenia magi-
ſtri accõmodant. In ſummis hoc quidẽ
adhuc vel rarò vel nũquam factitatum
eſt. Cauſam oſtendi ſitam in noſtrorũ
hominũ vel faſtidio, vel nouitatis ſtu-
dio. Quæ duo ſi tollantur, iam maxima-
rum doctores artium, ac præſtantes in
omni genere ſcriptores exorientur, qui
nullam ob cauſam deſũt in noſtris, ni-
ſi quòd peregrinitatis amor omniũ mẽ-
tes occupauit, et domeſticarum rerum
ſatietatem induxit. Quare quoniam de-
ſiderium quoddam, præ ſe ferunt ado-
leſcentes pietatis et doctrinæ, ponatur
faſtidium. et diſcant aliquãdo eos ama-
re, quorum artes concupiſcunt. Faueãt
ingenijs, nec ſe putent ſimul ac in ali-
qua mediocritate conſtiterint, nõ mul-
tum ſe aliorum laboribus iuuari poſſe:
nec tanquàm noſtri nulli ſint, externo-
rum potiùs quàm ſuorum pręcepta cõ-
ſectentur. Hæc enim certè aſſiduitate,
his ſtudijs aliorũ induſtrias acuent qui
ſunt in ſingulari genere, et cum ſimilẽ
ſibi propoſitum curſum animaduerte-

rint, maiore ad illum ardore animi ferẽtur. Simul et illud cogitẽt habere se suorũ laborũ pręmiũ Gloriã, quæ nunquã rectè factis deesse potest. Quæ etiamsi non appetatur: tamẽ sua sponte in honestis laborib⁹ et factis insidet. Hãc quidam nimis immoderatè sequũtur, eãdẽ alij respuunt asperiùs. In vtroq; genere vitiũ est. Nã inanes acclamationes, gloriosas de se prędicationes, rumores ad voluptatẽ fictos aucupari, nõ tã hominis est, honestis dediti studijs, quàm leuis alicuius histrionis, qui se in publico theatro collocari cupit, omnium vt applausus vnus excipiat. Aspernari verò laudem sic, vt eam penitus abijcias, anilis est superstitionis, vel veriùs agrestis cuiusdã immanitatis. Nã neq; recusãdũ est, quo min⁹ in grandibus contractiora sint laudis et gloriæ studia, nec eius fructus adolescentibus et teneræ ætati eripiendus est. Nunq̃ enim in adolescẽtia tam adulta virtus est, nõ vt plurima ad se retinendã præsidia postulet. Quò etiam à maioribus nostris factitatũ prudẽtius, qui cũ adolescẽtes ad magnarũ rerũ studia traducere conarentur, afferrẽt secum multa inuitamenta et in reb⁹ ipsis posi-

ſis poſita, et ex illis nata. Itaq; nũquã illi quidẽ ſapiẽtes viri ſic gloriæ nomẽ reformidarũt, nõ vt eius amplitudinẽ adoleſcentibus proponendã putarent. Affert enĩ vel ætas, vel ratio confirmatis ſtudijs huic cupiditati modum. Laborẽ qui ferre velit ſine cauſa neminem reperies, ne ex his quidẽ, qui aſſiduè in moleſtijs vixerint. Reliquatur ergo his laboris pręmiũ, quibus nullũ aliud notũ eſt pręter hoc laudis et gloriæ, et qui minimè aſſuefacti laborib⁹ nõ magis eos, q̃ grãdiores ſine cauſa ſufferre poſſũt. Eſt enim omni ætati odioſus labor, tũ tenerã ętas diffuſa mollitie illã aſperitatẽ per ſe expetiti laboris reſpuit. Iam honoris, opũ, dignitatis rationẽ nõ habet: virtutis et honeſtatis quæ vis ſit, quę natura, nõ admodũ intelligit. Suauitate literarũ vix capi poteſt, quoniã dolore emitur Mauult autẽ illa ætas; carere dulcedine ſciẽtiæ, quã vix et tardè percipit, q̃ ꝓpter eã moleſtias ſubire, quas ſtatim ſẽtit. In ſenſibus ſi quid eiuſmodi eſt, ꝙ ſtatim ad voluptatẽ arripi poteſt nõ prætermittitur, etiãſi grauis dolor cõſequatur. Præſentis enim rei ſuauitatẽ natura ſequitur, futurũ dolorẽ nõ pręuidet.

Si verò quid eiusmodi sit, quod aliqua molestia sensum possit afficere, quoniã natura fit vt respuatur, paranda aliqua medicina est, quæ cum ipsa molestia cõiuncta, eius magnitudinẽ leuare potest. Huius generis permultæ sunt, primùm suauitatis, deinde virtutis, vtilitatis etiã. Sed nec expectata dulcedine capitur adolescentia, nec virtutem videt, et vtilitate non mouetur. Quocirca profundenda est ei gloria iuncta cum laborib⁹ laborum medicina. Hac enim omniũ animi et sensus commouentur, et quotidiana vita ostendit, quàm acer stimulus est adolescẽtibus ad literarum studia. Putatote igitur versari vos in omnium sermonibus, cum aliquid à vobis præclarè geratur: laudari, prædicari vestras diligẽtias, ornari industrias, labores et studia multorũ lætitia et gaudio celebrari. Eorum item qui cum laude eundem cursum transcurrerunt, in quo estis, memoriam reuocate. Recordamini veteres, nouos imitamini. Et cũ laudis speciem ac gloriæ fructũ vobis proposueritis, et in discendo fastidium, in externorum studijs nouitatem abieceritis:

ritis: florebit hæc Schola, et doctos magistros, peritos rerum scriptores, et optimis deditos studijs adolescentes habebit. Sed ad has duas difficultates, quib⁹ oppressa studia nimium diu iacuerunt, accedit altera incommodo non leuiori, sed minus illo quidem deplorãdo, quia facilius corrigi potest. Ea non tam in fastidio, quam pertinacia posita est: qua homines admirabilium rerum nomine capti, minus mirabiles, et tamen maximè necessarias respuunt. Quo in genere sunt, qui quid Respub. postulet non attendentes, præter illud suũ diuinæ philosophiæ studium, nihil probare solent. Eloquentiam contemnunt, rem vnam, qua minime illorum ars carere potest. Medicinam negligunt, nec intelligunt se ægris et afflictis corporibus obire munera sua non posse. Reliquarum artium notitiam ludum et iocum putant. E quibus nisi exculti et præparati ad illam suam venissent, fœdauisset illorũ inscitia diuinissimæ scientiæ splendorem. Nam illa vox nõ hominis, nec ab homine: Bene viuere neminem posse, nisi cuius omnis vita his

occupata ſtudijs fuerit. Primum enim ad benè ac beatè viuendū præcepta numero modica, doctrina facilia ſunt. Vſ⁹, exercitatio, commentatio arduæ et difficiles, non nego. Sed illæ quidē nō tā in literis, quam conſtantia, grauitate, aſſidua et minimè ficta pietate poſitæ ſūt. Niſi fortè neminem benè et honeſtè viuere volumus, niſi qui ipſorum artem profeſſi ſunt. Sed ſi literam qui nunquā viderūt, qui nullā partem huius doctrinæ attigerunt qui in agris occupati, à ſtudijs remotiſſimi fuerunt: eorum tamen conſtantia vitæ, Religio, pietas, integritas laudatur: deſinant aliquando eſſe pertinaces, et concedant nos honeſtè viuere poſſe, etiamſi in alijs ſtudijs et ſcientijs verſamur, aut ſe ingratos, qui ſe ſolos beatos eſſe volunt, reliquā infinitam multitudinem imperitorum ex illo ſuo beatorum cœtu excludi.

Pænè præterieram vnam, qua omnes egēt maxime Reſp. ſcientiā iuris Ciuilis et Legū. In cuius præſidio nō ſolū latent omniū ciuiū fortunæ, ſed iſtorū pręceptorū, quibus ne ad docendū quidem adit⁹ patefieret, niſi certo iure, pręſcriptis

ſcriptis legibus ciuitates et regna regerentur. Sed huius loci ac defenſionis ratio nuſquam peti aptius poteſt, quã è natura, quæ ſic diſpertiuit animorũ ſenſus, et tanta in varietate hominum ingenia collocauit, vt mirabile ſit, ſic à natura queq̃ deflectere, non vt ex ſui ingenij vel cèleritate vel tarditate de aliorũ ingenijs iudicet. Tacitè enĩ ipſa natura prçſcripſit, ad quod quiſq; gen⁹ maximè aptus ſit. Itaq; alios politos homines et elegantes effecit, ornauitq; ingenij celeritate, et ad hominũ ſenſus accommodauit, quo in genere ſunt eloquentium ſtudia. In quibuſdam reconditos et abſtruſos ſenſus effinxit: vt in his, qui ſua ſponte ad occultarũ rerũ inueſtigationem ferũtur. Iam alijs prudentiã dedit in rebus gerẽdis et publicis et priuatis, et à reliquis auocatos ſtudijs ad Rerũp. gubernacula traduxit. Aliorũ ingenia à negotijs remouit ad ocium, et à fluctibus Reip. ſegregauit ad quietem ſtudiorum, eoſdemq; ab humilibus rebus ad diuinarum contemplationem rapuit. Ergo cum tam varijs ſenſibus, tam diſcrepantibus ingenijs, tam diſſimilibus

ſtu-

ſtudiis homines natura ornauit: nos omnium ſenſus, mentes, ingenia, vno ſtudio, vna ſcientia illigari volumus? Et ipſi propè naturæ vim afferemus? Quid in corporibus noſtris? An non cernim⁹ diſtincta membra, et ſuis quæque ſedibus collocata? et ſic vnāquāque partem ad totius corporis vim retinendam eſſe neceſſariam, vt ſi loco moueatur aut vllo caſu intereat: vel occidere corpus, vel affligi vehementer neceſſe ſit? Vniuerſus homo ſi mens eſſet, quid relinqueretur quod mens poſſet adminiſtrare? Totum corpus ſi oculus eſſet: quomodo manibus quicquam prehendere, pedibus ingredi, veſci aliquo et potione vti, ſine quibus corporis natura conſtare non poteſt? Quod igitur in noſtris corporib⁹ cernimus, id in Reip. corpore, ne ſuſpicari quidē poſſumus. Sunt in nobis nerui, oſſa, venæ, ſanguis, ſpiritus, hiſq; omnibus vita retineri putatur. Sūt pulchritudo, apta membrorum cōpoſitio, venuſtas ſingularum partium, quibus quaſi efficitur vt mirabiliora noſtra corpora videantur. Eſt item animus è deuino genere hau-

ſtus, cui quaſi tribuitur vt in ſummū corpus imperium obtineat, vt is præſit, reliquæ partes huic obtemperent. Nec quia in eo ineſt mens diuino ſenſu prædita, reliqua ſunt nulla: nec quòd eam magni facimus, quæ ſunt in corpore contēnimus. Hæc eò dicuntur, vt ſimilem Reip. tanquam vnius corporis naturam contemplemur. Sunt agri, porticus, pecunia, claſſis, ſunt nautæ, milites, ciues, quibus rebus incolumitatem et ſalutem retinent ciuitates. Sunt alia, quæ quiddam magis amplum et minus neceſſarium conficiunt: vt vrbis egregia quædam exornatio, vt ædificiorum et templorum dignitas, vt theatrorum et ſpectaculorum amplitudo, vt viarū celebritates. Quibus rebus non id efficitur vt ſaluæ et incolumes, verum amplæ et potentes videantur. Eſt præterea Lex tanquam anima et mens ciuitatis, eiuſque in Rep. conſeruanda, religioſa ſanctio. Nec quia lex ea pręcipuè in virtutis ſtudio cernitur, reliqua iura, quibus ciuium inter ſe cōcordia conſeruatur, Reip. præſidia continentur, negligēda ſunt. Sed quemadmodum noſtrorū

corporum et animorum iunctione hominis natura continetur, et eorũ et singularum partium conseruandarum à natura et hominũ diligentijs variæ artes repertæ sunt: sic ad tuendas Resp. ad constituendas ciuitates, nõ vna quęuis, sed omnium præclararũ artiũ cõsẽsus requiritur. Quocirca pellatur illa opinio, nec vtilis ad eam, in qua se iactitant, scientiam, et à ratione tradendarũ rectè disciplinarũ abhorrens. Nam nisi è philosophorũ fontibus aliquem ipsi salem traherent, non dicam irridenda, sed profectò insulsa illorũ studia viderentur. Vt igitur perpetuus retineatur disciplinarũ curs⁹, hæꝗ; tãꝗ; pedissequæ ad illã diuinam assumãtur, et sua etiam vi in proprijs causis valeant, diligenter nobis prouidendũ est. Habemus in omni genere doctores præstabiles, qui et scientia valeant et diligentia: vt ijdẽ et possint, et velint prodesse multis. Quorũ in sũma varietate et studiorũ et artiũ, etsi nulla non laudabilis, est, tamẽ sunt aliæ magis alijs illustres ac necessariæ, hisq; maximè nos egere putãdũ est, quæ latissimè patet. In quibus præcipuè cer-

nitur

nitur Iuris Ciuilis ſcientia, quæ cōtēpta quidem à pleriſq; et ſpreta iacet, aut ſiqui eam retineant, vel pauci ſunt qui benè, vel multi qui inquinatè. Vt vehementer dolendum videatur preclariſſimā artem carere vel priſtino ſplendore, vel antiqua diligentia. Qua quidē vtraq; re frui tū poterat, ſi vlla in nobis fuiſſet eius retinendæ cura, cum ſic acutiſſimum interpretem, diuinū hominem et ſingulari præditū ingenio haberemus. Qui cum diſertè Ius Ciuile interpretari ſolitus ſit, pauci erant, qui probabāt, pauciores qui ſe illi ſtudio deditos ſimulabant, propè nulli qui diſcendi laborib⁹ permanerēt. Cui qui ſucceſſit meus familiaris ingenioſiſſimus vir, Haddonus, ſic ad hāc ſcientiā Iuris ſe applicauit, vt eandem maiore quam is laude eloquentiæ cumulârit. Qui ſi ſic, vt ſpero, eam noſtris adoleſcentibus explicabit, efficiet, vt quæ ſcientia barbarorū fæce inquinata ab omnibus propè cōtenebatur, honeſta locupletata veſte, præclara et digna multorū ſtudijs videatur. Nā cur ea doctrina vacaret ornamēto noſtris tempo-

temporibus, quæ nunquam quoad sapientum hominũ consilijs, non litigiosorum rixis colebatur, non ornata fuit. Et si instituta Regum ac populorum, mores ciuitatum, status Rerump. iudicium ciuium, priuatorum controuersiæ, viciniarum coniunctiones, pacta, conuenta, stipulationes, hereditatum et possessionum ius semper eiusmodi res habitæ sunt, sine quibus non modo stare Respub. sed ne disciplina quidem possit vlla, aut ars propagari: et si á sapientum hominum consilijs ac ciuium commodis vniuersum ius Ciuile emanauit: ijdem diserté de eo scripserunt: cur et quod maximum est Reip. præsidiam contemni, et in quo reliqui diserté loquuti sunt, eloquẽtiam negligi volumus? Qua in re nolo quisquam suspicetur cupidiùs hoc à me dictum esse, præsertim cũ istorum volumina curiosius non scruter: sed omnem istam orationem illorum maleuolentia expressit, qui quod nos concedimus, in diuinissima scientia occupati, reliqua deseri ac relinqui volunt. Nec intelligunt, etsi illa quidem reliquis rebus præstet

omni-

omnibus: tamen nisi studiorum, artium, scientiarum genera, ætatibus, ingenijs, institutione distincta fuerint, simul cum ipsorum scientia interituram vniuersam Rempub. esse. Nihil hoc loco de concordia ciuium loquar, quæ nunquam habet ad se retinendam acriores conscientiæ, quam supplicij ac legum metus. Tantùm patiar hos vituperatores cum minime perita sua pertinacia dimitti, et laudari, vel amari potius veterem consuetudinem persequendi studij, non infuscatam maleuolentia, non assuetã conuitio, nõ superstitiosè fallacem, nec eruditam artificio fucatæ simulationis. Quæ si sit in vllis, illorum reprehẽsionem vos vestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis. Interea illud teneatur, alendos esse in hac schola variarum rerũ doctores, vt certus sit omniũq; disciplinarum cursus, et vt illa casta ac verecũda virgo, quæ pietatis et Religionis nutricula, tanquám in altissima arce doctrinæ, sedet, habeat hunc coetum reliquarum disciplinarum circumfusum, quas et ad suos vsus accomodare,

et ſeperatim ad ſuam quamque munus extrudere poſſit.

Dixi.

Laurentius Humfredus de Nobilitate. lib. 2.

A*Nglos* φιλοξένους *esse non nego, et peregrinorum habiti sunt admiratores maximi, Et sanè sic sunt, vt alienis magis sæpè et ingenijs et mercibus et hominibus capiantur quam suis: cum tamen et ingenia elegàntissima, et rerum abundantiam, et homines multos politissimos habeant: illos tamen delectant externa sic, vt quodā modo fastidiant domestica. Quod studium erga peregrinos non vitupero, imo vt magis studeant et faueant, hortor: interim admoneo, vt dona Dei, sua bona domi non aspernentur, sed colant et amplectantur.*

Ioannes Caius in epistola ad Bartholomæum Clercum.

S*I apud exteras nationes natus fuisses, nos te suspiceremus, multis scriptoribus anteponeremus, conferremus cum optimis. Nunc verò quoniā nostràs es, vel te negligimus, vel iusto præmio, iustaq́ laude priuamus, verè vt dici possit:* Nemo propheta in patria sua. *Quanquam in eo, doctorum apud nos hominum nonnulla est reprehensio, qui adeò rarè scribere solent, vt reliqui eisdē etiā optimè scribētib⁹ præiudicio quodā obesse*

obesse soleant. vtrunq; in vitio est, et illorum incuria, et horum temeritas.

Richardus Vernamus in Methodo Geographica.

IN Germania passim vigent bonæ literæ. Sed maximo eis ad hanc rem (vt ego existimo) subsidio est, quòd Typographos ad manum habeant eruditos, qui scripta sua non tantum proprijs impensis typis excudant: sed et carius multoties ab eis emercentur. Quæ res nonnihil animi, alacritatisq; scriptoribus addit. Hoc beneficio carent Angli, qui si quid etiam lectu non indignum pepererint, cum paucos habeant Typographos, et eos aut artis suæ prorsus inscios, aut quæstui magis et auaritiæ quā literarum profectui studentes, coguntur tamen, aut id omnino premere, etiamsi multo eis oleo constiterit, aut carius hos, quàm res sua patitur conducere.

Vide in eandem ferè sententiam, Ed. Grantæ præfationem in Epistolas disertissimi viri, Rogeri Aschami, nuperrimè Lōdini excusam.

Ex

Ex epiſtola Io. Caij ad Thomam Hatcherum.

GRatum eſt, quòd Ro. Conſtantini caſtigationum in C. Celſum admones, Hereſbachij canũ, et Herti, hominis parũ cordati, Orthographiæ libelli. Hertum et Hereſbachium legi, hunc doctum, illum ridiculum: ſed R. Conſtantinum nondũ vidi. Iodoci cuiuſdam Lommij commentaria in lib. Celſi primum nuper, vt et Brachelij in eundem olim, vidi. Quibus tertium addam, qui annotationes maiuſculo volumine ante annos decem ædidit in omnes Celſi libros: et alterum anno ſuperiori ſcriptum in lib. item primum. Quos vt laudo, ſic ne anteuertant noſtra (ne quid dicam gloriosius) nihil reformido, etſi tardiùs ædiderimus. Ago enim aliud, quàm iſti egerunt. Amicè tu tamen ſuades, et opportunè, habeoque gratiã. Video enim te fauere cœptis meis, et ne tempora expectationem fallant, proſpicere conſulis. Sed tu, qui me tempore falli non pateris, vide ne de noſtris iudicio fallaris. Verum ſi fallaris, minimè expende quam periculoſa, quàm nõdũ pacata Muſis tempora,

ſis tẽpora, quàm nulla diuendendi, aut ædẽdi gratia. Circumfluι maris vndis prohibetur timida ſenectꝰ, ne quid in alienas regiones transferatur, et domi excudi vetant Typographorum ſordes. Quid hic facias? Animus eſt, vt eodem volumine, et maiuſcula litera Romana excudãtur omnia noſtra: cui aſſeruo Celſũ et Scriboniũ, cæteroſq; meos libros, vt illorum dignitas, atq; horum nouitas ſe commendent mutuò Lectori et Typographo, qui alioqui excuſos libros nõ delectãtur recudere. Hoc ſi rectè inſtitutũ exiſtimes, libros per otiũ expecta. Sin minùs, et maturiùs excudi deſyderas, dic quid ſentias, et quo conſilio.

Ex Epiſtola Tho. Hatcheri ad Jacobũ Middendorpium Otmerſenſem.

IMminutam video, Middendorpi, lætitiã meam, cum Angliam, inſularum maximam et omni genere ornamentorum, etiam exterorum teſtimonio refertiſſimam maleuolorũ

leuolorum nescio quorum prodigiosis sane sermonibus oppugnatā audio. Monstri enim simile esset, tam nobilem regionem, quæ musarum domicilium, scientiarū nutrix et virtutū sēper habita est, his postremis tēporibus, quibus omniū artiū, et humanitatis cultura vbique efflorescit maxime, effœtā, barbarā, omnisq; humanitatis expertem euasisse. Vnde verò hic rumor profluxit Middendorpi? Quibus argumentis verus cuiquam, vel sanè probabilis, apparere potuit? An paucorum à nobis vita fortassis et eruditione præstantium virorum discessus, Angliam ita vniuersam exhausit, vt effœta iam maneat? Nihil vt supersit facultatis, quæ barbariem retundat, feritatem tollat, artes amplificet et humanitatem? Qui ita sentiunt et loquūtur, præterquàm quòd spiritus sanè cōtaminatos efflant, etiam nostrarum rerum et Reipub. valdè sunt insolentes. Nihil enim Anglia antiquius habet, quā esse quæ semper fuit: doctos fouet, sub Prīcipe doctissima: Nobiles sanè permultos, non fautores tantū artiū, sed artiū titulis in Academia nostra insignitos cōplectitur.

Quid dicam de reliqua multitudine: cum certatim ex omnibus locis ad scholas et Academias nostrates confluant, et nihil magis velint, quam literatissimos esse se et optimos. Equidem plurimus essem in hac parte, nisi Anglus hæc scriberem, et ad te, qui Angliam nostram, doctos, et maximarum artium atque virtutum doctrina expolitos, et publicæ salutis amantes viros, adhuc habere percipis. Parum est, quod vno die, in adornanda ad Albanum ducem legatione tua occupatus, de nostrorum hominum siue eruditione, siue literariæ Reip. incremento percipere valuisti. Scriptorum autem, hominum, scilicet ingenij monumentis illustrium tanta apud nos copia est, semperq; fuit, vt si peregrinorũ instar ad nos, nostrorum etiam in peregrinas nationes scripta deuolarent, doctrinam non esse vulgarem, Reip. amplificandæ maximũ studium omnes intelligerent. Qua de re alius nobis dicẽdi locus est propositus, qui Cãtabrigiensium nostrorum diligenter excussis et euentilatis monumentis, duos libros ad Io. Balei centurias adijcere olim statuim⁹. Tu interim mi Middendorpi, perge vt cepisti

pisti

pisti, Academias totius orbis celebratissimas facere, orbis vt te totus cognitum artificem celebret, Academia suspiciant. &c.

Ex Præfatione Gualteri Barkeri, in Spicilegium Ed. Grantæ.

SI Gallis fides adhibenda sit, qui in præ lectoribus vtriusq; Academiæ audiēdis sunt assidui, ita nostros efferunt quidem propter πολὺ ποικίλην σοφίαν *(vt Pauli verbis vtar (propter multas ac varias virtutes, copiosumq; Græcarum literarum scientiam, vt cum excellentissimis totius Europæ Græcis conferendi esse videantur. Vnde profecto sæpè ego apud me mirari soleo, quid sit quòd reliquarum gentiū scriptores tam prompti et alacres ad scribendū reperiantur, nostri verò Græci, Hæbræi, Theologi, Iurisperiti, Medici, ad benè merendū de patria sua paululū sint tardiores. Nam paucis exceptis, omnes aut Socratici, aut Pythagorici sunt. i. vt ego interpretor, quamuis diuina memoria, exquisitaq; doctrina ornentur: tamen vt Musicus ille Antigenidas, sibiipsis ferè canūt et Musis, interq; domesticos parietes alunt gloriam suam, carentq; luce forensi. Bucerum solitum dicere aiunt, cum Cantabrigiensiū quorundam egregiā ingenij indolem, ad omnia summa natam intueretur, in hanc vocem erupisse, non odio credo sed amore:*

Angli

Angli ingeniosi, at desidiosi. *Cui herculè (pace tanti viri dixerim) nō admodū assentior. Nostros enim lāguere otio minimè existimo, sed potiùs obtrectationē inuidiæ pertimescētes, quæ solet lacerare plerosq̄, nō tā cessare, q̄ celare quæ sciūt. Quæ nisi sola causa esset, arbitror q̄ hæc nostra insula tantā copiam doctissimorū virorum effunderet, vt nec maiorū suorū gloriæ, nec aliarum gentium scriptoribus facilè cederet. Quin desino mirari. Nostrates enim nostra non delectant, et nullus Propheta in propria patria. At si quis nouus his nostris succedat sedibus hospes, quamuis nec noui quicquam, nec boni apportet: tamen in eo quod alienigena et peregrè profectus est, benignè ab omnibus humaniterq̄ accipitur eiusq̄ scripta summa cum approbatione ab omnibus teruntur. Non secus ac impostores et Emperici pleriq̄, qui cum Galenum, Hippocratem, Dioscoridē nō viderint, nec eruditum illum puluerem vnquam attigerint: tamen nescio quo modo* ὑποδρὰ ἰδόντες, *altero ad frontem elato, altero ad mentum depresso supercilio, per forum cursitant annulati, togati, chlamidati, spretis neglectisq̄ optimis nostris medicorū phalangib⁹.*

Hæc

Hæc eò valent, optimè Lector, non vt doctissimis sanctissimisq́ue quicquam detrahã: neq́ue sum ita amens, vt quos priùs nominaui κυδλειανεῖρας Lambinũ, Ramum, Sadoletum, Caluinũ, Bezam, et alios id generis, vel verbo saltem violarem. Quorũ ita spectata virtus, et industria est, vt quicunq́ue contra eos reprehendendi studio quicquam blateret, is merito omnium risu et ludibrio, veluti Cumanus asinus, accipiatur. Verum hæc mea mens, hic anim⁹ fuit, vt cum natura, teste Cicerone, lena sui sit: nollem vos proprios fœtus, tanquam naturale illud stirpis bonum, maleuolo quodã et viperino morsu proscindere. Sed si quis ex vestris prolem aliquam pepererit, vtpote Toxophilum, Pædagogiam, Spicilegium, licet non magnæ staturæ, pulchram tamen, nolite quæso propter pusillam quantitatem contemnere, cũ potius propter venustã formam, et fluentes cerussatasq́ue buccas debeatis adamare. Nostri enim, ingenuè fateor, non tanta ediderunt in lucem, quanta cæteræ nationes, tamen si quid ego habeo iudicij, vnus ille reuerendus Pater D. Iuellus Episcopus Sarisburiensis, de sacris literis ita meritus est, vt paruum illius

*lius opus cum immensitate aliorum iure
possit comparari, Cum illum dico, Cranme-
rum, Parkerum, Pilkintonum, Ridlæum,
Hornæum, Allæum, Cooperum, Nowellum,
Redmannum, Christophersonum, Crocum,
Aldrichium, Balæum, Foxum, Fisherum,
Smythum, Morum, Beconum, Fulconem,
Checũ, Haddonũ, VVilsonũ, Daiũ, Lina-
crũ, Recordũ, Baynũ, Setonũ, VVatsonũ,
Eliotam, Aschamũ, Leuerum, Carrum,
Clercũ, Lelãdũ, Hoperũ, Grimoaldũ, Fra-
minghamũ, Bernardũ, Carlilum, Frerum,
Caium, Turnerũ, VVhitgiftum, Barkerũ,
Acworthũ, Lorkinũ, Bingũ, Gardinerũ,
Hũfredũ, Browneũ, Morisonũ, Edgwardũ,
Frythũ, Bradfordũ, Brounswerdũ, Lãbertũ
et innumerabiles alios videor nominare,
qui quãuis non tã multa, multũ tamen exa-
rârunt. Illud enim maximum decus in O-
ratore, et Theologo est* βραχὺς ειναι ἀλ-
λὰ ἐν βραχει πολλὰ περιέχειν. *Nam vt
non necessario infertur conclusio, magnus
est, ergo sapiens est: sic neque doctrina ali-
cuius vel magnitudine operis, vel infinita-
te laboris, aut voluminum turba semper
est æstimanda. Ad quam quidem pro-
bandã opinionem atq; sententiam, exemp-*

lis

plis profecto abundamus, si vellē in exemplis congerendis videri tibi ambitiosius. De oratoribus Latinis sic refert Cicero, non solum Marcum Seruilium, sed et alios multos fuisse, qui nūquàm verba in publico fecerunt: qui potuerunt tamen multò melius dicere, q̃ aut Titus Albutius, T. Fanni⁹, aut nouus ille Orator Cicenna, qui vt reliquos sermonis elegantia excelleret, noua quædam et sputatilica crimina excogitauit. His adiunge (si placet) Ælium, qui quāuis Orationes multas scriptitauit, Orator tamen nunquam est habitus. Quorum similes profecto sunt pleriq; apud nos, qui cū in dicendo quasi μαμμοθρεπτοὶ sint, et careant illis maximis virib⁹, quæ ab Oratore requirūtur: nescio tamē, vt vt propter formam quandam ingenij, licet eam impolitā et rudem, sibi applaudāt, quiduis obuiū stylo cōmittentes, et reliquis saniorib⁹ siccioribus hominibus, magna doctrina, vsuq; moderatis acclamant vniuersis. Hos ego si admirarer, essem imprudentior: si laudarem, stultior: si misererer, facerē illud, quod illi me nollent facere: et tamen quod omnes pij et periti solēt et debent. Qui enim non

offendi-

effenditur animo, quoties aliquẽ errore mẽtis suæ labi intellexerit, tam equidem in vitio est, quã qui naui periclitanti et ad scopulum allisæ non occurrit. Sed quemadmodum nauus in articulo delectauit Alcæũ; sic certè quidam non oratores, sed clamatores sunt, ita vasti, aut fœdi, inflati, turgidi, spissi, tenues, macilenti, varrucosi, strigosi, hiulci, sine ossibus, et sanguine: magis tamen sibi placent (nam natura nos noster delectat error) quàm illi, qui, vt ita dicã, numerosiores sunt, et quorum est incorrupta quædam latini sermonis integritas. Sed satis de Romanis, imò fortasse plurima non necessaria. Domum idcirco redeamus, et ad Græcos reuertamur. Vt tibi arridet Epaminondas doctus opinor, item et Orator, cuius tamẽ scripta perpauca aut nulla sũt. Quid dicam de Menelao, quem Homerus tradit παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως dulcem quidem et pauca dicentem. Quid de Pericle, cuius nisi pauci libri feruntur, qui non tantum memoriam concinnitatis suæ, sed de ipso scripsit Eupolis etiam cum delectatione reliquit aculeos in animis eorum, à quibus est auditus,

[illegible] auditus, hic et flos delibatus populi dictus est, Suadæq; medulla, πειθὼ quã vocãt Græci. In quib⁹ quidẽ enumerãdis hoc volum⁹, hoc cõtẽdimus, et laudare nostros, qui pauca scripserunt et, defendere à calumnia reliquos, qui nihil scripserunt, et tamen bona venia me audiant: quorundam optimorum virorum virtutem et industriam dormientem, utinã aliqua ratione possim hac mea dictione exuscitare. Etenim mihi persuadeo de multis, si velut genus hoc forense tractare voluissent, siue in commentariolis Theologicis conscribendis, siue Græcis Latinisq; literis perpoliẽdis limandisq;, nihil à quoquam excidisse pictius. &c.

FINIS.